

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

4. Abel

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

pellicit, nullaque pietatis & sanguinis reverentia habita, furtim obtruncat. Accusante ipsum Deo, non deprecatur, sed superbe respondet, & conscientia excita vexatus, ruit in desperationem, & a facie conspectuque parentum fugiens, incerta in terris sede vagatur, incertoque opinionum turbine a parentum fratrisque ecclesia discedens agitur: Deum non ut conditorem suum reveritus, sed ut tyrannum averfatus: tandem a suo trinepote Lamecho per imprudentiam perhibetur interfectus, caput ecclesie hypocritice, & filiorum seculi imago efferata.

#### 4. ABEL.

Abel apud parentes minus gratus quam Cainus, respicitur & curatur a Deo: de cujus promissionibus recte sentit, eisque toto animo ut verissimis assentitur. Adolescens opilio

pilio factus est, gregisque primitias Deo gratus obtulit, non ut placeret (*placaret*) sacrificio, sed ut Deum honoraret obedientia. Deus cum Abelem fide humilem probaret, Cainum propria justitia tumentem averfaretur, primæ inter fratres de sacrificiis, & placando Deo disputationes sunt exortæ: quas cum tantum ad verba promissionis, non ad iudicium rationis Abel referret, acerbum in se fratris odium concitavit; cui irato & furioso etiamsi cum periculo resisteret, tamen vitam profundere maluit, quam veritatem in promissionibus Dei relinquere indefensam. Quamobrem per fidem mortuus adhuc loquitur, estque sub lege adhuc primum novi testamenti membrum, a quo prima vox martyrii edita, in coelis exauditur.

f.  
Seth  
ximur  
tium fi  
de, al  
tu rec  
delecta  
omner  
secur  
prom  
pagan  
discip  
tus, a  
Vixit  
cim,  
lus ex  
tur,  
fensor  
nascen  
ecclesi  
mera